Ars poetica [redacted] F. Minocki 1756.

1756

~~1923~~ . 2 1 13

Jnmayenu orat ~~M~~ 2167 2 20 1

— 1923 . 2 3 20

244

Jnmayenu

2167 2 1

[illegible] [illegible] [illegible] jus Alis venus

[illegible] Operator Dictata

[illegible] Collecta in [illegible] Nowodworscianis

[illegible] F. [illegible] [illegible] Dnm Ejusdemq. P.

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Magnifico Dno meo [illegible]

Famisco

Ad Majorem Dei Gloriam B. V. M.

244	2
1102	13
1346	15
1923	8
3269	15

1 - d

VALOR CABALISTI CHARACTERIS

A,	Æ,	B,	C,	D,
1.	6.	2.	3.	4.
E,	F,	G,	H,	I,
5.	6.	7.	8.	9.
K,	L,	M,	N,	O,
10.	20.	30.	40.	50.
P,	Q,	R,	S,	T,
60.	70.	80.	90.	100.
U.	X.	Y,	Z.	
200.	300.	400.	500.	

SÎT NOMEN DO
MÎNÎ BENEDICTU
TEMPORE QUOVÎS.
PROPHASÎS.
AD POETAS.

SIT NOMI

olvere difficile modum vult qui artibus his a
ngenuas studeat Musas comprendere ment
emper et continuo discat componere carmi
e non castalios fontes pleno bibat or--
mnis ab arte labor gravis quamquam maneat se
agro doctrinae sucuit molumine vinc

BENEDI

t nisi cura vigili studiis tentare potest hun
umina Cælorum quævis et vota secundon
isce Poëta prius nunc hic extollere cult
mnia sic facili potientur fine laboru-
usarum cœtus sparget modulamina læ
lli cum fuerit præsto præsentia Divû
unc igitur votis Huic omnes corda sacrat
n studiis à quo felix desumitis ome-

ENDOMINI

CTIMAMEN

DIVISIO OPERIS.

Totus hic nodus Arte Poëtica ligatus ad fa-
ciliorem mentibus studiosis captum in
quatuor dividet̨ partes in quar^b 1ma
erunt resolutiones de Prosodia de pedi-
bus cor^b q; denominatione, de carmine vir-
tutibus vitiis, et accidentibus ejus. In
2da resolvent̨ 3a Poëtar^b genera scilicet
Drammaticum, Epicum seu Hæroicû
et Dythyrambicum tum et species cor^b.
In 3tia resolvet̨ doctrina de Program
mate Anagrammate Epigrammate,

tum de funebrali Pöësi et ejus exemplis. In ultima artificiosa carmina per alphabetum tradet; praemissis prius praecognitis de origine, definitione, divisione Pöësis et Pöëtae, causis, objecto fine officio et praesidiis ejus. De quo ad praesens.

PRAECOGNITUM

1mum
De origine Pöëseos.

Unde originem suam traxit Ars Pöëtica?

Multi à multis et varii à variis Artem Pöëticam referunt suam traxisse originem. Alii enim inventorem ejus Apolline et Orpheum dicunt alii Pierium Macedonem qui primus Pöëma construxit et Filias appellavit Musas, quae hucusque patronomyce Pierides appellantur. Quidam Aegyptios ejus inventores dicunt et de his est verior assertio, à quibus tandem ad graecos promanavit. Nonnulli etiam referunt à Diis originem

traxisse Pöesim adtestante Ovidio fasto
Est Deus in nobis agitante calescimus illo
Sedibus aetereis spiritus ille venit.

PRÆCOGNITUM.

Primum
De definitione divisione Pöeseos et Pöetae
Quid est Pöesis?
Quoad Nomen est fingendi vel faciendi carmen.
Fingendi vel scamna ambulare, parietes loqui
Faciendi vel carminibus describere et Apollinem Cithara pulsante, et quid simile
Quoad rem est ars metrice canendi ea quae sunt vel esse possunt.
Quotuplex est Pöesis?
Duplex Naturalis et Artificialis
Naturalis est capacitas quaedam a natura indita homini ad unas quasque

res fingendas, et carmine explicandas, qualis fuit in Ovidio, qui ipse sic de se testatur.

Quidquid conabar dicere versus erat

Artificialis est non nisi arte, labore, lectione, continuò exercitio ac Praeceptorum observatione acquisita.

Et haec est duplex. Docens et utens.

Docens est quae dat praecepta rectè conficiendi Poëma

Utens est quae à docente praecepta tradita reducit ad praxim. Haec iterum subdividitur quod sit:

Sacra quae tractat de Deo sanctisque,

Profana quae de profanis et politicis rebus tractat.

Quid est Poëta.

Est fictor et factor, carminum veris et fictis inventionibus movens et delectans.

Quotuplex est Poëtica?
Duplex. Docens quæ dat præcepta recte studendi.
Utens quæ illa præcepta ad praxim reducit.
Quo differt Poësis, Poëta et Poëma?
Eo quia Poëta est Artifex.
Poësis est habitus seu ars quæ orationem Poëticam deducit. Poëma verò est opus Poëticum seu labor.
Quo differunt Poëta Versificator et Orator?
Eò quia Poëta est qui sua arte orationem ligatam invenit elaborat, fingit sicque docet et delectat. Versificator est quia inventô alterius et elaboratô utitur carmine. Orator verò quia solutam orationem sua ingeniô elaboratam perorat.
Quo differt stylus solutus à ligato?
Eò quia stylô solutô scribitur tantum oratio. ligatô verò carmina conficiuntur.

PRÆCOGNITUM. 3tium.

De causis objecto, officio, de fine Poëseos.

Causæ Poëseos sunt 4tuor

Materialis est carmen seu oratio metro ligata quæ idem est ac si objectu. Et Hæc est Triplex ex qua in qua et circa quam. Ex qua nulla est Poëseos. In qua est intellectus humanus. Circa quàm sunt res omnes quæ tantùm carmine describuntur.

Causa formalis est ratio metrice canendi versus.

Efficiens, est proxima ut sunt vari carminum scriptores, et rem ut Deus Gloriosus.

Finalis causa Poëseos est jucunditas.

cum utilitate conjuncta.

Quod est objectum Pöëseos?

Objectum Pöëseos est duplex Materiale sunt res omnes quæ carmine describi et effingi possunt, sive sint, sive non sint in rerum natura. Formale est ipse usus carminum.

Quod est officium Pöëseos et Poëtæ?

Est carmen aptum juxta pedes quantitatem et cætera ejus accidentia efficere selectissimisq verbis et numeris adornare, et ad explandam veritatem dirigere.

Quis est finis Pöëseos et Poëtæ?

Finis Pöëseos est et Poëtæ movere, delectare, et Prodesse juxta illud Horatii:

Aut prodesse volunt aut delectare Poëtæ
Aut simul et jucunda et idonea dicere vitæ

Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci

PRÆCOGNITUM
4tum.

De præsidiis seu subsidiis Poëseos.

Quod sunt præsidia Poëseos? R.

4. tuor natura quæ est bonitas quædam animi et corporis habilem hominem reddens ad omnia boni Poëtæ ritè peragenda munera. Unde Poëtas nasci et oratores fieri facile creditur.

Ars est absoluta omnium præceptorum collectio quæ dat certam viam et rationem fingendi u faciendi carmen et hæc est maximè necessaria ad naturam quia illam perficit.

Imitatio est operum illustrium et verborum in probatis Poetarum scriptis quae tunc fit cum quem eximium Poetam in tropis figuris fluiditate carminis strophis ac imitari volumus.

Excercitatio est sedula mentis et laboris ad exercitium carminum applicatio juxta illud Hora:

Sumitis materiem vestris qui
scribitis aequam
Viribus et versate diu
Hic finis sit.

PARS PRIMA.

Cum totum hunc modum arte Poetica ligatum in partes divisimus unde ad resolutionem illius nunc descendum venit.

RESOLUTIO.

PRIMA

De Prosodia.

Quid est Prosodia?

Est pars Grammaticæ in qua syllabarum quantitas, pedes metrici, carminum genera et accidentia traduntur.

Quod est objectum Prosodiæ?

Objectum circa quod versatur Prosodia sunt accentus literæ et syllabæ quantitate affectæ longæ y breves.

Quid est accentus?

Est methodus quo syllabas breves à longis, quæ utrasque à communibus dignoscimus aliter aliter vocatis sonus.

Quotuplex e accentus?

Triplex acutus quo syllaba attolitur. gravis quo deprimitur. circumflexus quo ex acuto et gravi componitur.

Quid sunt literae.

Literae sunt minimae dictionis partes ex quibus fiunt syllabae suntque duplices vocales quae per se sonum eduntut a, e, i, o, ae: consonantes quae per se sonum non edunt sed adjunctae vocalibus ut B, P, F ac.

Quotuplices sunt vocales?

Duplices simplices quae ex nulla alia vocali coalescunt quales sunt sex a, e, i, o, u, y, compositae quae fiunt

èx vocalibus quales sunt Diphton-
gi ut v.g. au, ei, eu, æ, œc:

Quid e Diphtongus?

Est duarum vocalium comprehensio

Notandum consonantes etiam
esse duplices mutas quæ incipi-
unt à consonante et desunt in vo-
calem v.g. be, ce, de, dicunt mutæ
ideò quia mutum sonum eduntur
patet. Semivocales quæ incipiunt a
vocali et desinunt in consonantem ut
el, em, ess, es &c. Dicunt semi
vocales quia saltim medium sonum
pere se habent

Semivocales iterum sunt triplices.

aliæ firmæ ut sunt f, s, l, &c: aliæ liquidæ ut 4tuor l, m, n, r, aliæ duplex ut x, y, z,

Quid est quantitas?

Est productio y correptio literarum y syllabarum

Quid est syllaba?

Est literarum comprehensio quæ fit ex una y pluribus literis

Quotuplex e syllaba?

Ratione loci triplex est prima, media et ultima.

Ratione quantitatis itidem est triplex brevis quæ tempus breve habet quæ cito pronuntiatur, longa quæ diu

pronuntiatur habetque duo tempo
ra Communis quae et cito et diu pronun
tiari potest in carmine.

Quid est tempus Prosodicum?
est spatium seu mora illa qua syl
laba pronuntiatur.

Quot modis cognoscuntur syllabae?
Undecem modi sunt quibus cognoscuntur
syllabae juxta Grammaticam Alvari
vel quibus alii addunt 3 nempe Contra
ctionem quae est tunc quando una
syllaba fit ex duabus ut ex cui fit
cui Nicolaus Nicolaus etc.
Diminutionem quae est tunc quan
do cognoscitur ex suo primitivo ut

sinesares in voce Beatissimus qua
lis esset deberes recurrere ad primi
tivum ejus Beatus, ubi quia diu
pronuntiatur a, sic et in derivativo
a, diu pronuntiandum est. Et
naturam quæ quamvis cum Autho
ritate à multis confindatur tamen
videtur ab illa distingui, quia illa
syllaba quæ naturâ suâ est bre
vis vel longa non indiget exemplo
Authoris sed per se patet qd sit talis.

RESOLUTIO.
SECUNDA

De pedibus Poeticis et denominatione eorum.

Quid est pes Poëticus?

Est syllabarum certus numerus et definita collectio, vel juxta alios est pars versus certo syllabarum numero atque ordine definita.

Quotuplices sunt pedes?

Imo sunt duplices qui duabus vel tribus syllabis constant. Compositi qui pluribus ut patet in Prosodia

IIdo sunt Triplices Dissyllabi Trisyllabi et Quadrisyllabi

Disyllabi sunt quatuor quales sunt

Spondeus Iambus &c.

Trisyllabi sunt ut Dactilus Anapestus

Quadrisyllabi sunt ut Choriambus Ionicus à majore &c.

Unde isti pedes suam denominationem accipiunt

Spondeus dictus est à Graeco vocabulo Sponda in quod latine significat ligamen seu foedus ad sponsionem quo olim victores utebantur in sacrificiis et foederibus porrigendis.

Pyrrichius à Pyrricho Rege Epirotar qui primus victoriâ potitus frequentibus Pyrrichiis laudabat.

Trochæus à volubilitate Trochos Græca vox est latine significans rotam ideo sacrificiali arca Aras decurrentes, hoc pede compositum carmen decantabant.

Idem est Choreus à Choro id est cantu in quo longæ miscentur brevibus.

Iambus dicitur à Græca Iambe quod significat contumeliam seu male dicere nam Iambico plurimum utebantur Comitiæ Satyræ, Mimi quando alicui maledicebant.

Molossus dicitur à Molosso Pyrrhi Regis Filió, in cujus honorem hoc metri genus fuit compositum.

Trybrachis dicitur à tribus brevibus nam Trys Græca vox significat latinè ter. Brachis verò breves notat

Dactilus dicitur à similitudine digitti cujus articuli impares sunt, nempe unus longior duobus brevioribus

Anapæstus dicitur à Græco anapæstis quod latinè significat repercutio, ferio percutio, quià oppositione syllabarum sonum Dactili repercutit.

Bacchius dicitur à Baccho quià in honorem Bacchi hoc pede utebatur sacrificuli.

Antibacchius à contrarietate Bacchi
Creticus dicit à Creta Insula, qd ibidem utebant.
Amphybrachys dicit ex eo quod ex utraq parte habet brevem.
Dispondeus Ditrochaeus Diambg dicunt à geminis pedibus, ut in Dispondeo duo sunt Spondei in Ditrochaeo duo Trochaei etc.
Proceleusmaticus. dictus ab eo qd in sacrificiis Minervae ejusmodi versus pronuntiarent, instar Celeusmatis, item dicit à Procellaris nauticae cohortationi proxima ut pote illis qui in magno timore versant et auxilium celeriter implorant.
Choriambus dicit à coalescentia Chorei et Iambi.
Antipastus dicit à Graeca voce Ἀντι

passis quæ latine significat aver-
sionem nam hic pes vertit à pro-
re nempe Choriambo seu contraria-
tur ei.

Ionicus dicitur vide{t} à Ionibus Græ-
ciæ populis qui olim suos trium-
phos his carminum pedibus de-
cantabant.

Dicitur vero Primus à majore quia
duas longas habet et Secundus
à minore quia duas breves habet
quæ sunt minores longis. Nam
longæ ut patet in Prosodia sunt
majores quia duo tempora habent
breves verò minores quia unum
tantùm habent.

Pæon dicitur à Pæonibus Macedo-
niæ Populis qui olim bello cla-
rissimi his carminum pedibus
suos triumphos decantabant.

Epitritus dictus est à Græca voce Epitritos quæ latine proportionem designat, quam isti pedes di cuntur ad Peones et ad se invicem. Exempla horum pedum omnium habentur in Grammatica.

RESOLUTIO IV

TERTIA

De carmine et accidentibus ejus.

Quid est carmen

Carmen seu versus, seu metrum est oratio certo genere numero atque ordine pedum ligata. Dicitur à canendo carmina enim olim propter cantum maxime componebantur. Dicitur versus à vertendo quia donec ad certum pervenerit numerum diversi mode verti debet.

Dicitur metrum quia certa mensura pedum metitur. est ne idem carmen Rythmus et Prosa?

Non quia carmen certo genere numero et ordine pedum ligat. Rythmus vero hymnus et Prosa solum certum numerum syllabarum considerat.

Quot sunt carminum accidentia?

Iuxta Rotrovium in Grammatica numerantur VI. Scansio, Caesura, depositio, Compositio, Reversio et Metaplasmus. iuxta alios tamen inveniuntur adhuc duo scilicet Pedes et Figura de his est sufficiens doctrina in Grammatica.

RESOLUTIO. QUARTA

De virtutibus ac vitiis carminum.

Quae sunt virtutes carminum?

Istae potissimum numerantur

Ima ut adhibeantur verba selecta propria et culta, scilicet: sublimia sublimibus, læta lætis, tristia tristibus, ita ut omnes affectus pro exigentia generis carminis ac materiæ Dactilis exprimatur. Res vero graves et tristes spondeis frequentur quomodo Hora: meminit

Multum verba decet, titatum plena minoris

Ludentem lasciva severum seria dicta

IIda virtus est maxime in carmine hexametro cum pedes crebrioribus cæsuris copulantur ut illud semper Honos nomenque laudesque manebunt.

IIItia virtus apta Epithetorum appositione nam hæc non solum exornat vulgaria, sed etiam auget mentis valentia ut vigens Iuventus, florida ætas, pallida mors

IVta virtus est elegans dictionum structura vitandus est domus confragio

-sus et hians, qui orit͂ ex crebro vo-
cabulorum concussum precipue si-
milium item ex asperitate conso-
nantium ut sunt X, Z, si dicat͂ si
Dux Lex Rex Xerxes. Item qua-
le est illud de lotrabus.

Conveniunt ad aquas, Ludmilla,
Sybilla, Camilla,

Edunt͂ strepitus et ab hac et
ab hac et ab illa

Item ex repetitione similium lite-
rarum y syllabarum vitandus
est sonus ut in illa v.g.

O fortunatam natam me consu-
le Romam.

Vta virtus est litera consonantes
v.g. l, et, r, item vocales a, o, u, si-
mul ponant͂ que faciunt sonum
ut illud Virgilii

VIta virtus est cum unico versu

sententia y eruditio aliqua expri
mit ut est illud Virgilii
Obstupuit retroq pedem cum voce
repressit.
VII ma virtus est cum sensus ita pro
longat ut non nisi in IV to y V to versu
firmiatur ut est illud Virgilii
Ille ego qui quondam gratili modu
latus avena &c:
VIII va virtus est cum in fine car
minis Hexametri ponit pes Dissylla
bus y Trissyllabus. Dignius autem
et minus concise ponit dictio qua
drissyllaba y pentasyllaba item y
monosyllaba nisi alteram monosyl
laba praecedat eam itq ad exprimen
dam aliquam gravitatem.
IX na virtus est cum carmen Iambi
cum Iambis Spondaicum spondaeis
Dactilicum dactilis &c: frequentius.

perficit, ut est illud Horatii

Beatus ille qui procul negotiis.

Scias has virtutes etiam versui pentametro servire, excepto solum hoc, quod in versu Hexametro ponere trisyllabam dictionem virtus est in Pentametro verò vitium.

Q. Quot sunt vitia carminum?

I. mum est cum in fine versus ponitur dictio V. y VI. plurimarum syllabarum ut est illud

Conturbantur Constantinopolitani innumerabilibus solicitudinibus.

II. dum est quando singuli pedes separatim ponuntur ut est illud

Pessima carmina Vates Inscius artis

III. tium est cum sensus perturbatur ut si laeta musicam tristibus si materia lugubris scribatur dactilis laeta verò spondeis

IV. tum est quando frequenter pedes

ab eadem litera inchoatur ut est illud

O Tite tute tibi tua tanta Tyranne tulisti.

Vtum est cum obscure aliqua dictio
dividitur in carmine ut est illud

Misuales stultus calcaria ni sat obli.

Quod taliter resolvitur

Mules stultus calcariá sua oblivisct

VItum est cum eadem saepius iteratur

O fortunatam natam te consule Romam

VII mum est ubi sunt frequentes di-
ctiones monosyllabae ut illud.

Non ex his est qui se vanos vivere curat

VIII vum est cum circa finem carminis he-
xametri pedes dissyllabi frequen-
ter usurpantur ut est illud

Inducet semper blandos Herus mihi versus.

IX num est cum ponitur in fine dictio N. V. VI
syllabarum ut est illud

Sanguine fraterno se minuunt maduerunt

X. num quando ab eadem carmen incho.

at et quando in fine V pedis fit elisio

Item quando multae elisiones fiunt non enim in uno versu plures esse possunt quam duae alias si plures sunt hiulcum reddunt carmen ut illud y g ille personis verbi amo

Prima secunda ut amo ut tertia amo ut amat,

Item illud suspirium ad Jesu.

Tu ille ipse es quem ego amo intimo amore iterum et me ad ama ero

Vel illud de otio.

O quam hominum infandum est in aperto opere otia amare.

RESOLUTIO. QUINTA.

De carminum proprietatibus et definitione Poematis.

Scias singula carminum genera suas proprietates habere s. Hexametrum gravitatem, Elegiacum suavitatem, Bucolicum et Georgicum simplicitatem Satyricum achrimoniam et inventionem Lyricum suavitatem cum veritate Epigramma acumen cum docilitate tragediam affectus et gratiam comediam jocos et facecias Item alias habere proprietates.

Quid est Poema

Poema quo ad vocem est opus fictum quo ad rem est oratio ligata versu heroico describens aliquot insigne factum aliter vocat carmen Heroicum

Epicum.

Quot sunt partes Poematis. ?

V. Exordium, Propositio, Invocatio, Narratio et Conclusio.

Exordium est accessus ad propositionem quod breviter absolvit ut apud Vir: libro 2do qui á uno versu exordium absolvit sé.

Hactenus arvorum cultus et sidera Coeli

Scias aliquando posse in Poemate omitti exordium et opus aliquota propositione statim inhoari ut Virg:

Arma virumque cano Trojae.

Propositio est illa res de qua in toto Poemate tractaturus est Poeta ut ibidem Vir: post unum exordii versum statim ponit propositionem.

Nunc te Baccho canam nec non silvestria tecum.

Virgulta etc.

Invocatio est auxilii petitio, ut a Diis Apolline Jove Marte etc: et Virgi Hue Pater o Lenee veni etc:

Scias invocari debere Deos y Deas materiae scribentis servientes ug. si scribas de bello invocandum est Martem si de hortis Pomonam si de sylvis Faunos et Satyros etc.

Narratio est fusior regi explanatio per similitudines, eruditiones sententias victiones.

Conclusio est terminatio seu finis Poematis.

Et haec quae spectabant ad Artem Poet

tem sufficiant.

PARS II.

Nodus hic arte ligatus cum juxta operis oeconomiam doctrinam de trib. generibus Poetarum tum eorum speciebus contineat unde sufficienter hac secunda Parte resolvetur. Proquo sit.

RESOLUTIO PRIMA.

De definitione et cognitione Generis Poetici

Quid est Genus Poeticum?

Genus Poeticum est quo carmen quale sit ignoscitur quod fit praecipue quinque modis

I mo ratione Inventoris dicitur carmen

Adonium ab Adonide qui occisus tali carmine deplorabatur

Asclepiadeum ab Asclepiadeo Poëta

Gliconicum a Glicone

Saphicum a Sapho

Phaleutiam à Phaleutio

Pindaricum à Pindaro

Alcaicum ab Alcaeo

Pherecratium à Pherecrate Poeta Comico militante sub Alexandro magno

Dythyrambicum à Dythyrambo qui dum hymnos in laudem Bacchi construxit

IIdo dicitur carmen ratione materiel

Haeroicum à descriptione gestorum aliquorum haeroum.

Elegiacum à notatione nominis nam

Elegiea sonat idem quod tristis lectio
Satyricum à Satyris Diis Sylvestribus
Comicum à Comœdia
Tragicum à Tragœdia
Buccolicum seu Ecloga cultura boum
Georgicum à rebus aggrestibus
Epicœdium à nænia seu trystitia
Theologicum à descriptione rer. Divinar.
Philosophicum à notatione rer. naturaliũ
Eucharisticum quod gratiarum actio
nem continet
Propenticum quo Imperator milites
ad bellum incitat
Epitaphicum quo ritus sepulchrales
celebrantur.
Epithalamicum quo nuptiales ab.
III dicit̃ carmen ratione pedis Spon-
daicum à frequentibus Spondeis et
Hexametrum etiàm dicitur Sponda
icum cum in quinta regione habet

Spondeum ut in hoc

Caradeum à Cobalos magnum Jovis incrementum

Anapesticum à multis Anapestis et sic de aliis

IIII dicit carmen ratione numeri syllabarum Pentasyllabum cum quinque habet syllabas ut est Adonium

Heptasyllabum cum octo syllabas habeat

Hendecasyllabum propter undecem syllabas etc.

V. dicitur carmina ratione numeri versuum Monosticha quae uno constat versu Dysticha quae duobus

VI dicuntur carmina ratione mensura pedum Dimetra quae duos habent pedes Trimetra quae tres etc:

VII dicitur carmen ratione de positionis perfectum cui nec aliquid deest.

nec superest Defeciens cui pes aut syllaba deest Abundans cui aliquid superest.

VIII dicuntur carmina ratione compositionis Monocola quæ sunt unius generis Dicola quæ duorum &c.

IX. dicuntur carmina ratione reversionis Monostropha quando post unum quodq. carmen fit reversio ad primum Distropha quando post duo Tristropha quando post tria &c. ut sæpe Horatius habet

RESOLUTIO. SECUNDA.

De divisione generum Poëtarum speciebus eorum.

Quot sunt Genera Poetarum ?

III. Drammaticum Epicum seu Heroicum et Dithyrambicum seu Lyricum.

Quid est Genus Drammaticum ?

Genus Drammaticum est in quo diversæ personæ colloquentes introducuntur

Quot sunt species Generis Drammatici ?

IIII. Tragœdia Comœdia, Tragicomœdia, et Comitragœdia.

Quid est Tragœdia ?

Est carmen seu Poema Drammaticum quod illustrium virorum casus infelices et exitus Scenice absolvit. Dicitur Tragœdia à Græca voce Tragos quæ latine significat et odi quæ vox cantum denotat. Unde Tragedia est quasi hirci cantus eo quia olim dabatur in præmium Tragicis Autoribus.

Quid est Comœdia ?

Est carmen seu Poema Drammaticum quod civiles et privatas actiones non sine

facetiis et leporibus imitatur. Comœdia à Græco Comis et odi quod latine cantum designat hæc vox traxit originem ab solebant carmina Comica per vicos ambulandi: Unde etiam Comicus dicitur Comœdiarum scriptor seu factor.

Quid est Tragicomœdia

Est Dramma compositum ex hilari et mæsto cantu seu est mixtum ex Comœdia et Tragœdia in qua tam civiles quàm illustres personæ introducuntur.

Quid est Comicotragœdia

Est Dramma seu Poema à lætis incipiens et desinens in tristia.

RESOLUTIO TERTIA

De secundo carminum genere et ejus speciebus

Quod est secundum Genus Poematum.

Est Epicum seu Heroicum.

Quid est genus Epicum seu Heroicum

Est quo facta Heroum, describuntur qualia sunt apud Homerum Virgilium et alios

Quot sunt species Generis Epici?

VII sunt Epopeia, Panegyris, Epithalamicon, Genethliacon, Epicedium, Buccolicum et Satyricum.

Quid est Epopeia seu Poema

Quoad rem est opus fictum quoad rem est oratio versu Heroico ligata factum alicujus viri insignis describens de quo jam notatum est in Resolutione 5ta Part.

Quid est Panegyris

Panegyris aliter elogium seu Encomiasticum est carmen laudatorium, quo alicujus Herois res praeclare gestae celebrantur. Unde Panegyris pro ipsa laudatione sumitur.

Quid est Epithalamicon?

Est carmen nuptiale quod laudes sponsorum celebrantur apud antiquos hoc carmen variis conabatur allusionibus ac augeriis tandem fiebat sacrificia Jovi apud Christianos verò solent gratulationes fieri cum voto recepturae felicitatis.

Quid est Genethliacon?

Genethliacon à Graeco genesis est carmen natale quod sub tempus nati prolis cantari solent cujus materia est hoc Disticho contenta.

Stemmata majores sanguinis virtus parentum
Indolis augurium spes nati oracula vota.

Quid est Epicedium?

Epicedium alter nenia est carmen quo defuncti laudes in funere recitantur et condolentia fit.

Quid est Buccolicum

Buccolicum dictum à Bubulus sive Bobus est carmen agreste seu rusticum, quo personae rusticae ut pastores, aratores, ditores ipsorumque opera describuntur. ut habet similia Virgilii et eadem collegio

Quid est Satyra.

Satyra à satyris mordacibus hominibus dictum est carmen Jocosum sed mordax ad reprehendos mores et vitia inventum à satyris Diis sylvarum.

Nota carmen satyricum aliquando majoris Joci et satis gratia componi ex latino et polonico Idiomate juxta tamen syllabas æquales et omnem quantitatem servatam. Ut est illud Tritum.

Nil valet aksamitus nullo comitante pacholkô

Item illud de incursu Cracoviæ

Arma koazyrosq cano, qui nobile regnum.
Rabowasse ferunt gens barbara pessima szwedzi.
Dum prope Cracoviam wisłę per littora tangunt
Intonuere chłopi pavidianq tonitrua hydto
Prodidit owca, kokosz, indyk prosiąd kamaluchic
Fecerunt stetum tunc alta per æthera cœli.

RESOLUTIO. QUARTA.

De tertio carminum genere et ejus speciebus.

Quod est tertium genus Poëtarum ?

Dithyrambicum.

Quid est genus Dithyrambicum

Est quod res lætas per varia carminum genera tractat ac describit, antea afferebatur Baccho Deo lætitiæ

Quot sunt species generis Dithyrambici ?

Sunt hæc Elegia, Elogium, Epigramma, Epitaphium, item Lyrica Poësis ut Odæ, Hymni, Epodi quæ omnia distincte resolventur per Paragraphos.

§ PRIMUS.

De Elegia.

Quid est Elegia

Quoad vocem Elegia ex Græco idem est quod miseratio, complaratio.

Quoad rem est carmen lugubre seu Poema mistum carmine Hexametro et Pentametro,

Quæ est Materia Elegiæ ?

Verum quidem antea res tantum tristes aclu-

durosa describebantur Elegiaco carmine, nunc au-
tem res felices et quævis alia Elegiis describi
possuntutq querelæ, postulationes, vota lau-
des, gratulationes admirationes ac sed præ-
cipue Elegia ornantur descriptiones casuum
subitaneorum, cladium arborum, lamentati-
onum etc.

Scias in Elegia optimum stylum esse mollem,
Lenem, perspicuum affectibus plenum, qui
magis adhuc ornari exemplis, similibus con-
trariis, antiquitatibus, fabularum admini-
stratione et Historiarum etc.

Quæ est proprietas Elegiæ?

Hæc ut solitarius pentameter non reperiatur
in Poemate. Virgilius tamen uni hexametro
quatuor pentametros subjecit. ut.

Hos ego versiculos scripsi tulit alter honores,
Sic vos non vobis vellera fertis oves
Sic vos non vobis vellera fertis oves
Sic vos non vobis mellificatis apes
Sic vos non vobis fertis aratra boves

EXEMPLUM I.MUM. ELOGIÆ.

Super illud trahe me post te. Cant. 1

Mi Jesu, sint te per opaca, per invia tendatur.
Nec potero longas te sine ferre moras
Felix ah felix olim tua Magdala quas
Nexuerat vinctis ad tua crura comis
Altera ne dubites ego sum tua Magdala Christe
Ergo trahas me sponse ipse mana

EXEMPLUM II.DUM ELOGIÆ.

Ut incipit Persius Flaccus in satyris. Sat. 1
O curas hominum! o quantum est in rebus inane

EXEMPLUM III.UM ELOGIÆ

Claudus inter doloris lamenta,
Heu miserum! vexant Claudo quem fata dolore
Angit et excrucians membra cruenta tumor
Nocte nulla quies, requies est nulla diei
Et gemitu, vitae pars sibi nulla vacat
Saepè volens placidas omnes traducere noctes

Perpetuo vigiles* obruer imbre
Heu! quantis tardos soles incusso querelis
Atq; tuas querular cynthia maesta faces
Non capitale nihil submissa sentre planta
Aut parvum intenui me lacerare pede
Talia non querulo mugitu fata Perillus
Accusat Diri tostus ab are bovis
Sed mihi continuo renovantur funera luctu
Nec licet optatam nosse salutis opem
Qui soletur adest nemo pellatq dolores
Dextera Paleni nulla medentis adest
Espet fortemeis longe cruciatibus impar
Quem sub Tartareis hi patiuntur haris

§. SECUNDUS.

De Elogio

Quid est Elogium?

Est testimonium laudis, vel vituperii de quacunque re sequentibus tam laudes tractare solet.

Laudare vero solent praecipue personas sublimi dignitate pollentes ut Reges, Imperatores, Duces Principes, alia etiam res Stylo Elegiaco describi possunt

Qualis stylus debet esse in elogiis?

Partim ligatus, partim solutus, soluti tamen, est frequentior usus ut videre est in variis Panegyribus

EXEMPLUM IMUM ELOGII. m.

De Sancto Joanne Baptista.

Iam jam Numen aderit.

Adest jam Numinis Praeco

Hoc Praecone.

Nemo major nemo minor

Prophetar postremus Martyrum primus.

Solis Lucifer, Lucis eni vesper

Messiae magnitudinem ex sua Imagine expressit

Imo Messiae Mystes et Christi Christus

Mundi lustratorem lustrali aqua sancivit.

Ambigente Jordane lavaret an lavaret

Nobis fluvius Coelesti Eridanus minime invidus

Nam ille in coelum translatus

Huic coelum Delatum.

Hem quantus! et quantulus fuit?

Tantam Sanctitatem annihilum redegit
Cum se neminem dixit
Tantoq; se diminuens quanto Coelitus auctior
Cum Omnipotentia certavit
Hic ne vinceretur, augentem vicit se minuendo.
Illo ut vinceret imminutum vicit augendo
Adde hoc Praecone
Nemo taciturnior nemo vocalior
Vix conceptus silentium Patri indixit
Vix formatus Deum Hospitem nutribus excepit
Vix utero egressus solitudinem ingressus
Hirtus Jejunus vigil
Cum Angelis Angelus mitius cum mitis
Vivens.
Quod loquetur tacendo didicit
Nemo disertius infans fuit nemo altius vates,
In deserto disertus.
Et jam nihil nisi vox
Rudes instruxit avios deduxit
Peccantes increpuit Reges terruit,
Trunco etiam capite damnosus

Vivum se morti approbavit
Et ad mortuos vita Praeco descendit.
Atat procumbito Viator
Praeco siluit Messias adest

EXEMPLUM II.DUM ELOGII
DE IOANNE CASIMIRO REGE POLONIAE.

Regum post Reges fortissime
Fortunatissime dicere debueram.
IOANNE CASIMIRE.
Cum.
Nihil in te fortuna Juris habet.
Qui nulli Heroum impar jam olim didicisti.
Virtuti omnia debere, fortunae nihil.
Sceptris admotus es.
Vt labantem Olympum ingens Atlas fulciret.
Vel fatigato Atlanti integer Hercules succederet.
Inhorruerat jam ad fausti sideris occasum Polonia.
Nisi ad tuum se ortum erexisset.
Incubuit humeris suis Patria
Casura fortassis nisi in eum Regem incidisset.

Qui prius ruinas sciret sublevare

In te Regum Serenissime.

LECHI primi Poloniae Parentis fortuna Orbis adorat

In Te MIECISLAI religio sanctias

BOLESLAI Chrobri infracta fortitudo generosaq

CASIMIRI primi pietas religiosius,

VLADISLAI primi fortuna verius

CASIMIRI Justi aequitas justius

PREMISLAI secundi amor in Patriam efficacius

Orbi Polono, adeoq Orbi illucescat Universo

Vivit in Te VLADISLAORUM generosa animositas

ALEXANDRI magis conrutta liberalitas

STEPHANI BATHOREI Martius vigor,

Rerum praeclare gestarum Gloria

Et quidquid in his omnibus Orbis adoravit Universus

Nec est arbitrii amplius in percedis factis tuis desudem

Cum nec illi fasti aeternitatis sufficiant

Quidquid hic laudum collegi potuit

Tuum Elogium esse volo Regum maxime

Volo igitur testor affectum quem factor possum

Vivat tam diu aeternumque

Regum per Reges natos fortissime
Donec eorum aetates impleas
Quorum virtutes in te expressisti.

§. TERTIUS

De Epigrammate

Epigramma idem est quod descriptio, quae solet applicari colossis statuis Imaginibus Trophaeis, sepulchris ac aliis operibus magnifice extructis et tale est species generis Dythirambici de quo ad praesens.

Quotuplex est Epigramma.

Duplex. Simplex quo res nude sine omni comparatione exponitur et in tale est tantum sola narratio de aliquo ut est illud.

Pro Patria, Patribus, Templis populoq Latino
Non unus Decius morte perire cupit

Vel illud

Navita de ventis de bobus narrat Arator
Enumerat miles vulnera pastor oves

Item de clamis

Dente timentur apri defendunt cornua tauri

Imbelles domo quid nisi præda sumus

De divite et paupere

Pauper et et dives moriuntur dispare causa
Quod male dives habet, quod bene Pauper habet

Compositum est quod conceptum ingeniosum in se includit, et ex proposita materia aliquod acumen artificioso carmine exponit ut est illud de Genitore Sanctæ Barbaræ

Barbara sum non sum mitis in pectore Virgo
Sed quia me genuit barbarus ille fuit

Item de S. Cantio quod natus fuerit in oppido Kęty

Angulus est ubi natus eras rectissimus ille
A quo tu vitæ linea recta venis

Item de christo in Cruce sitiò clamanti

Ah sitiò clamas absunt his rupibus undæ,
Sola fluunt oculis flumina sola bibe

Item de statua Ciceronis

Ora Myro ac humeros Lysippus lumina finxit
Praxiteles vocem fingere nemo potest

Item de Sancto Stanislao in rupella occiso

Nescio quo fuerat dextra Stanislae peremptus

Hoc scio quae secuit dextra sinistra fuit.

Item de Imagine Claromontana

Virginis aeternae sacros in Imagine vultus,
Quos magno pinxit major Apelle manus
Mons habet electus Genitricis Numinis ingens
Cum vultu nobis cor quoq; dulce dedit
Hoc in monte Tronum sceptri Regina Poloni
Ut dici voluit Virgo Maria tenet,
Qui tot dona Dei, qui tot miracula sensit
Sarmatica non est clarior Orbe locus

Item de Circumcisione Christi polonice

Iezu Matki Kochanie iedyna śliczności
Znosząc nosząc owiązane Matki twey żałości
Krew rożana która się z twey rany zlała
Przed kamiennym zarżnięciem szczyrem w lutkiem była
Że się na kształt obfitych nie toczy strumieni
Lecz skapo kilka kropel z wstydu się rumieni

Item na dobrą wolą

Bez dobrey woli tak przy stworzeniu
Iak kiernawet w potem się odmieni
Chleb z solą dobrą wolą a raz zła wolą

Piernik chlebem rázowym w herb będzie z rolą
Item in Patrem que Filium in fluvium projecit
Projicit in Tiberim natum Pater at canis effert
Fit Pater ille canis, fit canis ille Pater

Idem polonice

Salwuie pies dzieciątko który Ociec wrzyc
Wrzucał, przatego Oyciem Oycá iuż przemrzeć

O fortunie i cnocie

Nie wierz fortunie co siedzisz wysoko
Miey na posledniie Kołá pilne oko
Bo tanie stałá Pani z przyrodzenia
Często więc rada sprawy swe odmienia
Cnota skarb wieczny cnota Kleynot drogi
Tego nie wydrze nie przyiaciel srogi
Nie spali ogień nie zabierze woda
Nad wszystkim inszym pánuie przygoda

S. QUARTUS.

De Epitaphio

Quid est Epitaphium?

Est carmen quod sepulchrum defuncti decori bit ejusq́ ætatem, merita dotes animi corporis

lium genus comprehendit.

St Scias 1mo inter Epicedium et Epitaphium hoc esse discrimen quia Epitaphium sepulchro inscribitur. Epicedium vero cani tantum so- let quando funeralia peraguntur.

St Scias 2do pro varietate personarum varie de- bere fieri Epitaphia, in omnibus tamen obser- vandum est ut dolor ex obitu exprimatur. Ex hac vg materia 1mo quod mors amicos, consanguineos, Patriam non respexerit, sed tantum virum eripuerit illis 2do potest ex- primi causa obitus vg bellum, ignis, mor- bus, aqua etc.: ac tandem laudes defuncti am- plius percurrendum. In his tamen omnibus debet servari stylus, elegans verba selecta, commemorando potentiam, felicitatem, aliasq dotes defuncti

St Scias 3tio Epitaphia juxta proportionem officii dignitatum et dotium cum magnis et claris viris comparari debere, ut vg Philosophi ad Aristotelem, Medici ad Galenum, Ora-

toris ad Tullium de commemorando pro exigentia rei ac materiæ bona animi, et cætera quæ in vita poterant formare defunctum.

Et quia variis varii status hominibus possit inscribi Epitaphia unde hic exempla nonnullorum notantur.

EXEMPLUM EPITAPHII. Imum.

Quæris Viator quis sub hoc marmore,
Tectus jacet
Homo ultum ortalis
Qui sic Patriæ vixit
Ut eum vixisse non pœniteat
Tu
Manibus ejus bene precare
Salutis tuæ non immemor
Vive et vale

Item II.

Hic decumbo Viator
Vide quod sum
Fui quod es
Eris quod sum.

Vale.

Item aliud

Mortales cum simus

Quid futura dies vehat.

Nescimus

Ioannes mihi Nomen est.

Cognomen N.

Annis vixi XVI.

Et ecce.

In vernanti aetate morior.

O me ipse Musae!

Vet fata!

Vel amici!

Vel Parentes!

Flete

Item Silvii Palladii

Fui

Non sum.

Eris

Non eritis

Silvius Palladius.

Qui.

Vt moriens viveret
Vixit ut moriturus
Item aliud Maximiliani Caesaris
Maximilianus Caesar semper Augustus.
Demissus Caelo
Redditus Caelo
Non abjicit sed abjicit
Item aliud
In quendam M. in Grammaticam peccantem
Hic Magister noster
Qui argumentavit bis vel ter.
Semel ineclaravit.
Ut omnes admirarent.
Vir in Priscianum.
Requiescat in secula seculorum
Aliud Alexandri Magni.
Sufficit huic tumulus cui non suffecerat Orbis
Res brevis huic ampla est cui fuit ampla nimis
Item polonico
Lo Tucc Ziemi dosyć mu ktoremu swiat cały
Od wschodu do Zachodu zdawał się być maty
Aliud infanti sine Baptismo mortuo.

Decessi nec totus aqua nec nomine notus
Non habui nomen, quod tibi Christe darem
In libro vitae tu me sine nomine scribas.
Spes est in solo nomine nostra tuo

Epitaphia jocosa

I. cuidam plebano

Tu spoczywa nasz pleban Jegomość Xiądz Bibe
Ktory wcale nie umiał nic, ni A ani Be.
Niech że nam iuż takiego Kollator dobierze.
Coby mogł przecie umieć pacierz zdrowaś wierzę

II. głubiego thuza

Stoy kto idziesz tu wielki Pan leży pod spodem
Ktory nas z życia swego nauczył dowodem
Że może żyć człowiek bez serca na świecie
Umierać choć duszy swey nie oddał przecie.

III. Hyszpańskiey Damy

Tu leży Dama żona Corka jedynaczka
Świegotliwa iakiey świat nie widział trzepaczka
Ta w całym życiu swoim momentu nie miała
Wolnego, gada gada gadała gadała
Tyle przez życie całe nagadała rzeczy
Że choć ią od gadania teraz iuż ubespieczy.

Tonna on czy milczenie /: choć idzie ná mary /:
Wráżek plotek obmowisk nie doszczu miáry

IV. In quendam Andream sacerdotem.

Gaudent anguillæ quod jam sit mortuus ille
Præsbyter Andreas qui capiebat eas.

V. Dudzie

W tym grobie duda leży, dudy znaleziono
A po śmierci ná stárcy wierzbie powieszono
Śmierć troche uprzedziła a opak się stało
Bo co się dudom dzieie to dudzie bydź miało

VI. Rustici

Chłop krótki, trumna krótka, krótki też nadgrobek
Tu leży mały zrostem do zrátych lát sobek

VII. Ciurze

Tu leżył nigdy pierwszey od chorągwi ciura
Miał temu trzy skrzynka stary dławi kura
Jak wiecy był Professii ten to iedon sługa
Świadczy z kaptanum przeszem czapka i maczuga

VIII Rusniakow.

Tu spoczywaiet Iwan kniażnecho z złotyszka
W nochach iego siekieru w chołowach mołyszka
